

tamen scire sed non exercere, longe major est turpitudo. Excita ergo nos, ô Deus, & vigilabimus; trahe nos ad te, & curremus viam rectam per Christum in Regnum Dei, AMEN.

CAPUT XXXV.

VERI CHRISTIANI, HOC EST,
uncti à Deo proprietatem & signum
esse Orationem.

Psalm. 86. *Inclina Domine aurem
tuam, & exaudi me, quoniam
inops & pauper sum ego.*

His verbis continetur doctrina pulcherrima de Oratione, putat illam per tribulationes excitari, & verorum Christianorum propriam signaturam esse. Nam I. qui Christianus est, hic Spiritu sancto unctionis & Baptizatus est; I. Joh. 2. Cui unctioni & Spiritui S. cum locus datur, cum non resistitur, cum ille non contristatur, tum ^{Operatio} ^{Spiritus} ^{sancti in} vero nihil aliud agit, quam assiduo & indestinenter in corde hominis ^{corde.} re, Spiritum illius ad Deum erigere, & secum à terra sursum elevare. Sicut enim subtilis liquor aut Spiritus flosculo affusus ejus vires extrahit & secum vehit: Ita nos qui Dei flores sumus à Deo plan-